



1. Rous / Joh. Reinh. / diff. de serpente se-  
ductore non naturali sed solo simbolo  
ienné 1712.
2. — diff. de vario Mosis in Montem Sinai  
ascensu ienné 1716.
3. — diff. de judæa rebus gestis et  
miraculis Christi clara ienné 1733.
4. — diff. de veris Petatoris Jesu Christi  
requisitis ienné 1733.
5. Rurmeyer / Mich. Christ. / diff. de Ara-  
ne, viro sancto, tribus Levi, tyro  
Christi, Goyphid. 1738.
6. Bauerbreij / Joh. / diff. de Deo uno et  
trino 1698.
7. Schacheri / Jac. / diff. de septem Spiritibus  
a Joh. Theologo celebratis  
Lip. 1736.
8. Schelzuizy / Sam. / diff. de dono fidei  
justificantis, 1739.

20 22

DESPONSATIO  
FIDELIVM  
CVM CHRISTO,

QVAM

*Ex Hof. H, 19. 20.*

*Ich will mich mit dir verloben in  
Ewigkeit, ich will mich mit dir ver-  
trauen in Gerechtigkeit &c.*

EXERCITATIONE ACADEMICA

expositam

Sub Præsidio

DN. SEBASTIANI SCHMIDII,

SS. Theol. D. & Prof. Prim. celeberrimi, Convent. Eccl.

Præsidis gravissimi, Rectoris h. r. Magnifici,

SOLENNI ERVDITORVM CENSVRÆ

ad d. Oct. A. cl. 15 CLXXIX,

submittit

M. HECT. GOTFRIED MASIVS,

Meclenburgensis.

---

VITEMBERGAE,

Apud IO, CHRISTOPH. TZSCHIEDRICHIVM,

Recusa 1737.

[4.]

DESIGNATION  
FIDELIUM  
CVM CHRISTO

IN HOC MUNIFICENTIA  
ACADEMIAE  
ACADEMIAE

DR. SEBASTIANI SCHMIDII





Q. B. V. O. M. D.

**I**ustificacionem nostram excipit jucundissimus ille nexus quo se Salvator noster, imo tota SS. Trinitas homini fideli quam arctissime jungit, eique gratiam suam & beneficia omnia firmissime obsignat. Unionem mysticam dico, quam Scriptura passim verbis quidem impropriis, sed dulcissimis expressit, *per inhabitationem Christi in cordibus nostris*, Eph. III, 17. *per insitionem palmitum in vite spiritali*, Joh. XV, 4. *per conjugium mysticum*, Eph. V. & omnium emphaticissime *per desponsationem fidelium cum Christo*, Hof. II, 19. 20. quem locum, cum specimen quoddam Academicum edendum esset, non indignum judicavi, in quo Cogitationes nostræ aliquanto altius desigerentur. Equidem de unionem mystica in genere nonnulla meditatatus fueram; sed cum paululum calamo indulgerem, præter opinionem in tantam amplitudinem crevit materia, ut fere tractatus formam adæquaret. Ut ergo limites haberet disputatio, neque ego vel prolixitatis gloriam ambire, vel novum erudito orbi foetum obtrudere videret, contraxi materiam in unius dicti angustias, & qua fieri poterat brevitate, hæc pagellas tantum consignavi, non alio fine,

A 2

quam

quam ut argumentum quoddam esset disputandi. Sit igitur iuvante Sponso eodemque Salvatore meo.

SECTIO PRIMA EXEGETICA.

Verba textus ita leguntur: וארשתוך לי לעולם וארשתוך לי בצדק ובמשפט ובחסד וברחמים: וארשתוך לי באמונה. וידעת את דודו. quæ Latine vertit Arias Montanus in hunc modum: Et desponsabo te mihi in seculum, & desponsabo te mihi in iustitia & iudicio & misericordia & in miserationibus, & desponsabo te mihi in fide & scies Dominum. Non multum abeunt Vatabli, Tremellii, Castellionis aliorumque; translationes itemque; Syriaca & Arabica versio. LXX. interpretes ita transtulerunt: καὶ μνηστεύσομαι σε ἑμαυτῷ εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ μνηστεύσομαι σε ἑμαυτῷ ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ ἐν κηρίῳ, καὶ ἐν ἐλέει, καὶ ἐν ἐπιτιμίαις: καὶ μνηστεύσομαι σε ἑμαυτῷ ἐν πίστι, καὶ ἐπιγνώσει τὸν κύριον. Sed priora verba notante Drusio in plerisque; libris desiderantur, in versione tamen antiqua reperta fuerunt. Paraphrasis Chaldaica Latine ita se habet: Et consolidabo vos coram me in æternum, stabiliamque; vos in veritate & iudicio, & in misericordia & miserationibus. Denique; confirmabo vos coram me in fide, & scietis timere à facie Domini.

Lutherus ita reddidit: Ich will mich mit dir verloben in Ewigkeit, ich will mich mit dir vertrauen in Gerechtigkeit und Gericht, in Gnad und Barmherzigkeit, ja im Glauben will ich mich mit dir verloben, und du wirst den Herrn erkennen. Sic etiam fere Anglica & Gallica versione mens Prophetæ expressa est.

§. 2. Textu cum translationibus præmissis scopum dicentis inspiciemus. Pater autem ille e generali totius capituli connexionem, quæ hæc est: Post acerbas commi-

nationes Deus interprete Propheta gratiam novi foederis in Christo populo suo offert, quam cum fide & lacrimoso cantu acceptaturus sit Israel, v. 15. subjungit bona credentibus cum privative tum positive expectanda. *Privative* bona sunt. Repurgatio cultus divini ab idololatria & profectio Ecclesiae adversus hostium insultus, v. 16. 17. 18. *Positive* bona sunt novi foederis pactum, tum desponsatio Christi cum Israele, aliorumque; bonorum collatio. In nostro textu proponitur illud bonum, quod in desponsatione Christi cum Israele situm est, & ex eo etiam ostenditur fidelium futura in N. T. felicitas gratiae certitudo. Ut logice resolvamus, videtur haec esse collectio generalis: Quoscumque Deus ipse sibi desponsaturus est, illi de gratia certi esse possunt. Atqui fideles sibi desponsaturus est. E. Et majorem & minorem pluribus probat in nostris versiculis. Minorem quidem expressis verbis, & ne quid dubii resideat, ter repetito desponsationis vocabulo, addita mentione fidei q. d. Q. per fidem oblatam sibi gratiam accepturi sunt, illos mihi desponsabo. At fideles sunt illi. E. Majoris connexio patet ex his verbis: *Desponsabo te mihi in fide*, q. d. non enim a parte sponsae praeter fidem salvificam quicquam exposco, hac posita sponsalia rata erunt. Majorem principalis syllogismi aliquod argumentis confirmat. Primum argumentum latet in emphasi desponsationis, & eruitur hoc modo. Q. Deo suo tam prope ut sponsa sponso juncti sunt, illi de gratia certi esse possunt. At quos sibi desponsaturus est, sunt illi, qui tam prope &c. E. II. Argumentum probandi majorem petitur a dote, quam secum sponsus affert hoc modo: Quibuscumque justitia Dei imputatur, illi de gratia & salute aeterna certi esse possunt. Atqui fidelibus &c. E. Majorem ponit extra dubium, Minorem occultat in his verbis: *Despons-*

*Sponsabo te mihi in justitia.* III. Argumentum à desponsationis perpetuitate & constantia sumitur. Poterat excipere afflicta anima, sed qualis hæc est gratiæ certitudo? forte seria non est, sed lubrica, sed inconstans. Igitur aliud argumentum insinuat. Q. æterno nexu cum Deo juncti esse possunt, illis de gratia dubitandum non est. Atqui Deo desponsari &c. E. IV. Argumentum petiti-um est è misericordia desponsantis, in quo iterum latet tacita occupatio. Poterat enim quisquam cogitare: At indignus ego & meritis destitutus qui potero particeps esse tantæ tamque sanctissimæ conjunctionis? Occurritur ergo his cogitationibus per vocabula: בחסד וברחמים in misericordia & miserationibus: q. d. Q. juxta misericordiam Dei desponsantur, illis propter indignitatem suam de gratia unionis dubitandum non est. Atqui. E.

§. 3. Hic igitur est dicti sensus: Qui gratiam in N. fœdere oblatam accepturi sunt, variis a me bonis afficientur, in quorum numero illud quoque non minimum est, quod cum Deo suo propius uniti, eidemque modo singulari & mystico desponsati erunt. Ego enim ipse Dei filius humanam carnem assumpturus spondeo, fidelibus arctissimam conjunctionem, & in dotem offero justitiam meam h. e. omnia beneficia ipsis parta, quæ si fide vera & salvifica sibi applicuerint, jam & firmus ille nexus & a parte quidem mea æternus erit.

§. 4. Sed ut hæc clariora fiant, paulo penitius inspicenda sunt textus nostri viscera, & singula ejus verba sedulo evolvenda. Id fiet hoc ordine, ut I. Subjectum desponsans. II. Subjectum desponsandum. III. Sponsalia ipsa. IV. Sponsi sponsalæque partes. V. Desponsationis adjuncta expendamus.

§. 5.



§. 5. Ut Grammaticæ textum resolvamus, opus non est, caret omni difficultate. Eruenda potius mens est, eo, quo diximus, ordine. Itaque quod *subjectum desponsans* attinet, dubium non est, quin secunda Divinitatis persona Christus Salvator noster Ecclesiam alloquatur, eique amorem & unionem indissolubilem modo singulari & mystico spondeat. Neque tamen Pater & Spiritus Sanctus ab ipsis sponsalibus excludi debent, (cum sint opus ad extra adeoque indivisum) peculiari tamen modo Salvatori nostro asseruntur, cujus incarnationem si non involvunt, saltem tanquam fundamentum præsupponunt. Sunt nonnulli interpretem, qui ter repetita desponsandi voce ad SS. Trinit. mysterium respici putant, quorum uti pia est conjectura, ita improbari nobis non potest. B. Hieronymi alia tamen est sententia sc. hic triplicem desponsationem cum Abrahamo ante legem cum Mose sub lege, cum Christo post legem factam intelligi; quam sententiam argutam & frivolum appellat Calvinus. (α) Ipse vero, ut & aliqui nostratum, per repetitionem istam fœderis mystici certitudinem innuissent, ne quis dubitandi locus relinquatur. Non desunt etiam, qui hæc ad desponsationis mysticæ modum trahunt, quem triplicem esse volunt, cum sponsus incarnatus carnem sibi nostram copularit, cum passioni suæ summi amoris pignus obtulerit, & in Pentecoste largissimis Spiritus S. donis obsignaverit [β] Sed hi a scopo plane abeunt, a quo longius etiam recedunt Judæorum Magistri super hunc locum, ut R. David Kimchius, qui hæc ad tres captivitates, Ægyptiacam, Babylonicam &

(α) *Comment. in Hof. II. cap.*

(β) *Quæ sententia est Philonis Carpathiorum Episcopi in Cant. Tom. I. Biblioth. Patr. in Cant. 3. II.*

& Romanam refert; Abarbanel vero in hunc locum, tres habitationes, Moſis habitaculum templum Salomonis & templum Zorobabelis interpretatur.

§. 6. *Subjectum deſponſandum* e voce ארשתך ſimul innotefcit. In Hebræo ſuffixum ſcemininum reperitur, ut populus Iſraeliticus inſtar mulieris & ſponſæ ſiſtatur. Antea de Iſraelitis in plurali maſculino locutus fuerat, hic ſcemininum adhibet, ſub quo ſimul Eccleſia Chriſti ac unusquisque; fidelis intelligendus eſt. Cum enim addit: *Deſponſabo te mihi in fide*, non obſcure indicat; Subjectum deſponſationis myſtica omnes illos eſſe, qui vera & ſalvifica fide oblatam ſibi gratiam apprehendant. Quod Eccleſiam viſibilem hic tantum intelligit Becanus (a) ex alio errore naſcitur, qui reſutari facillime poteſt, cum fidelis Chriſti anima ſæpius, ut roſa inter ſentes, lateat, omnique externo Eccleſiæ, ſplendore deſtituta ſponſo tamen ſuo adhæreſcat. Quilibet ergo fidelis promiſſi huius particeps eſt, licet non viſibili modo, ut Catharina Senenſis illa, quam clauſtro incluſam acceſſiſſe Salvator eique coram & conſpicue ſponſi fidem dediſſe ſatis lapide fingitur a Pontificiis. (β) Cui tantum fidei habemus, quantum Pontificiorum fabulæ in monaſtica vitæ decus excogitatæ merentur.

(a) Becan. *Manual. ControB. l. 1. c. 3. n. 26.* (b) *Cornel. a Lapide in b. l. 5c.*

§. 7. Per *ipſa ſponſalia* quid intelligendum ſit, variæ ſunt interpretum ſententiæ, quarum præcipuas ad quinque capita revocamus. Alii enim (I) volunt ſummum Dei amorem in genere exprimi, quo ſuos complecti, bonorumque omnium participes reddere velit. (α) Deinde (II) alii ſpecialius amorem ad populum Judaicum reſtrin-

restringunt; ut per desponsationem denotari putent receptionem populi fornicarii in gratiam priorisque fœderis continuationem spiritualem (β) A quibus (III) non aliena est eorum sententia, qui de temporibus post captivitatem Babylonicam textum explicant, & per sponsalia intelligunt reductionem captivorum ex angustiis in patriam (γ) (IV.) Nostratum alii de incarnatione locum accipiunt sive nuptiis personalibus λóγς cum assumta carne, qua mediante nobis etiam, ut ita dicam, propinquo affinitatis gradu junctus sit. (δ) Alii tamen (V) de gratia Evangelii exponunt, obolita V. T. & sublatis umbris legisque ceremoniis. (ε) In his opinionum divortii dicimus: Sententia prima de amore Dei generaliter quidem vera est, non tamen sic emphasis vocabuli *desponsandi* exhauritur. Neque enim synecdochen speciei pro genere hic agnoscimus, ut per desponsationem qualemcunque arctam conjunctionem & obligationem hic intelligamus, sed singularem illam copulationem, unionis mysticæ ipsa conjugii corporalis copula arctiorem, docente Paulo ad Eph. V. Secunda Sententia locum obtinere non potest. Nimis enim clarum est e toto capite, non continuationem rapti fœderis, sed novum fœdus promitti. Hinc opponitur priori pacto *ratione durationis*, fore æternum, *ratione mediourum*, quibus coalescere debeat. Accedit vis verbi ארשר, quo non redintegratio conjugii, sed nova sponsalia significantur. At enim vero, si maritus adulteram conjugem in matrimonii fidem recipiat, non dicitur eam sibi desponsasse, sed denuo cum ea in gratiam rediisse. Sententiæ tertiæ judaizanti totus textus reclamat. Nam quod hic promittitur vinculum, novum est, spirituale est, scilicet in fide consistens, non in rebus corporalibus, imo æternum est. Quæ omnia ad eductionem e captivitate Ba-

B

bylo-

bylonica applicari nequeunt. Quartæ sententiæ ita in distinctæ consideratæ quo minus assentiamur, plures causæ sunt. Præterquam non quod de nuptiis personalibus vestigia nulla in S. literis extant, (?) hic etiam textus non patitur præcise de incarnatione intelligi sponsalia. Loquitur enim Propheta de ejusmodi sponsalibus, quæ fide tanquam medio coalescunt, at assumptio Hum. Nat. nostram fidem non præsupponit. Ultima Sententia assensum meretur, sc. hic novum conjugium novamque desponsationem in Evangelio per Christum factam indigitari, non quod in V. T. ignotum fuerit Evangelium, aut ad fideles non spectarit, sed quod novi & singularis in N. T. modus accesserit, qui in V. T. prædictus erat, non exhibitus, nimirum ut supra dictum est, mediante incarnatione filii Dei, perquam adventante corpore, V. T. umbræ abolitæ sunt, q. d. Ego Filius Dei mediante incarnatione mea ut *Ἐγὼ Θεοῦ υἱός* te mihi desponsabo in conjugium verum, & omnium arctissimum, sed mysticum & spirituale. Ita mihi præivit Magnif. Dn. Præses in Comm. MSto in Hoseam, qui ut lucem publicam aliquando videat; novi plures mecum desiderare.

(a) Ita Flac. in Claß. Script. sub voce spons. aliique (b) Contra quos Tarnob. & Meiso. in Comm. in Hof. (c) ita Grotius, Sanctius. (d) Sic plurimi nostratum tam veterum quam recentiorum. Vid. interpretes. (e) ita Lutherus aliique. (f) V. Calob. Syst. T. X. p. 572.

§. 8. Ut in corporali conjugio contractus mutuus est, & certi sponsi sponsæque partes, ita etiam in conjugio spirituali Christi cum fidelibus cernitur mutua quaedam relatio aliæque partes sponsæ, aliæ sponso vindicantur. De hoc quidem, quam dotem allaturus sit, de illa vero, quo-

quomodo dotem accipere debeat. Sponsi partes primum intuebimur in his verbis: וְאִשְׁתּוֹךְ לִי בְצַדִּיק וּבְמִשְׁפַּחַת דָּוִד וּבְכֹהֵן וּבְרוֹמִים וּבְרוֹמִים ubi incipit a copula spectativa, q. d. & in specie quidem hæc meæ partes, erunt, hæc tibi dotis loco conferam. Verum quid sibi velint hæc verba: *Justitia, Judicium, Gratia & misericordia*, non una est interpretum sententia. Ad sponsam referunt hæc verba Judæorum Magistri, i. e. Ecclesiam Judaicam, in qua viguerit judicium, justitia &c. sed cum discrimine, ut alii quidem merita Patriarcharum, alii vero posterorum hic significari putent. *V. R. Salomo. R. D. Kimchi, Abarbanel &c.* Pontificii etiam communiter intelligunt vivendi regulam sponsæ præscriptam, sed in explicandis vocibus non consentiunt. Videantur ipsi. Calvinianorum quoque sunt diversæ opiniones, nisi quod plerumque de virtutibus Ecclesiæ propriis vel integritate ac rectitudine fœderis interpretentur. Nostrates autem Theologi desponsi partibus communiter hæc verba accipiunt, & per צַדִּיק justitiam Christi meritoriam intelligunt, quantum vero ad discrimen vocabulorum, paulum discrepant. Accuratissima mihi visa est ea verborum distinctio, quam tradit Magnif. Dn. Præses in tractatu jam laudato, cujus vestigia sequi sanctum mihi semper erit. Ita autem ille: Omnia ad articulum justificationis pertinent, quippe in quo revera desponsatio inter Christum & fidelem hominem fit. Si tamen aliquatenus placet distinguere, *justitia* erit justitia Christi, quæ nobis imputatur; *judicium* vero absolutio judicis vi justitiæ illius, *gratia* donans gratis justitiam & *misericordia* causa impulsiva interna motus misericordiæ, ut gratis donetur justitia in judicio. Hactenus ille, *Sponsa partes*, describuntur in his verbis: וְאִשְׁתּוֹךְ לִי בְאֵמֶנָה וּרְעָה & desponsabo te mihi in fide & cognosces dominum.

minum. Equidem ad quem referenda sit **אֵמֶן** num  
 ad sponsum vel sponsam, non vna interpretum mens  
 est. Plurimi eam pro fidelitate Dei in promissis ser-  
 vandis accipiunt. Alii de fide hominis explicant, cum  
 hoc tamen discrimine, ut aliis quidem fides illa sit actus  
 vel opus meritorium, aliis sit noticia rerum Theologi-  
 carum. Sunt etiam, qui fidelitatem hominis erga De-  
 um intelligunt, h. e. constantiam & perseverantiam ho-  
 minis in faciendis illis, quæ ipsi sunt a Deo præcepta.  
 Nonnulli utriusque tam sponsi quam sponsæ **אֵמֶן** hæc  
 constantiam & fidelitatem jungunt, quod utrinque fœ-  
 dus sincerum & sine fuce esse debeat. Nobis dubium  
 non est, quin desponsæ fide textus loquatur, eaque  
 nihil aliud est, quam fides justificans, quæ beneficia a  
 sponso oblata omnia sibi salutariter applicat. Atque  
 sic est optima connexio verborum cum versu antece-  
 dente, ubi Sponsus a parte sua justitiam, iudicium,  
 gratiam & misericordiam quasi in arrhabonem vinculi  
 conjugalis offert, a sponsa vero nihil aliud exigit quam  
 fidem, qua velut manu dona illa justificationis appre-  
 hendat. Quomodo etiam Habacuc. II, 4. **אֵמֶן** sumi-  
 tur, frustra contradicente Calvino. (a) Hæc fides de-  
 scribitur a cognitione Dei, dum additur: *Et cognosces  
 Dominum.* (Vav enim hic copulativum potius est quam  
 causale, vt *cognoscas.*) Est enim pars fidei justificantis  
 noticia, cujus solius mentione facta sæpius tota fides  
 cum assensu & fiducia innuitur, El. LIII, II. Atque  
 sic non sine emphasi cognitio copulatur cum verbis an-  
 tecedentibus, Desponsabo te mihi in fide, qua fide co-  
 gnosces Dominum, id est, non per cœcam fidem me  
 tibi desponsabo, sed per veram & salutarem, quæ noti-  
 tiam *Dei* *et* *salutarem* includit. Hic vero notatu digna est de-  
 scriptio

scriptio **אמרת**, quæ tota quidem fidem hominis justificantem indicat, sed distincte ponit causam efficientem & actum formalem. Scilicet in illis verbis: Desponsabo te mihi in fide, innuitur origo fidei, quod eam homo non ex se habeat, sed a desponsante tanquam causa efficiente accipiat. In illis vero: Et cognosces Dominum: exprimitur actus fidei formalis, nempe apprehensio ipsa, seu cognitio gratiæ in Christo. Is enim fidei nostræ objectum est atque ille Jehovah, de quo dicitur: Et cognosces Jehovah, non excluso tamen Patre & Spiritu S. quem in Christo possidemus.

(a) *Calvin, in h. l. quod nonnulli philosophantur, in fide, h. e. per Evangelium, ubi amplectimur gratias Dei promissiones, illud nimis argutum est. Ego non dubito, quin per fidem intelligenda sit stabilitas & firmitas.*

§. 9. Inter adjuncta desponsationis referimus **foederis æternitatem**. Dicitur enim **וארשתוך לי לעולם** Desponsabo te mihi in æternum. Non desunt, qui hanc vocem non de ipsa æternitate, sed longe temporis tractu intellectam volunt, a captivitate Babylonica usque ad Christum; Sed rectius insistitur propriæ & primariæ vocis significationi, qua vera sine fine duratio exprimi ut plurimum solet. Quam sententiam juvat comparatio inter foedus prius domini cum servis ictum, & inter hoc pactum sponsi cum sponsa ininitum. Illud quidem ad certam temporis mensuram durabat, hoc vero perpetuum plane & æternum est. Non tamen hic audimus Calvinianos, qui æternitatem hujus foederis male applicant ad perseverantiam sanctorum, ita colligendo: Christus cum anima fideli in æternum se copulavit. E. renati nec fidem amittere nec gratia Spiritus S. exci-

dere possunt. Quamdiu enim spirituale conjugium irruptum manet tamdiu & fidem & Spiritus S. gratiam residuam esse oportet. Jam vero illud æternum est. E. respondemus enim (1) desponsationem illam ex parte Dei ejusque intentione esse quidem æternam; neque enim quicquam ille omittit, quo minus indissolubile illud vinculum persistat, at vero (2) licet Christus se in æternum sponsæ suæ obstringat, non tamen absolute, sed conditionate illud fit, sub conditione fidei. *Desponsabo te mihi in fide*, quod si hoc requisitum a parte sponsæ cesset, quid mirum si ipsum foedus rumpatur. Quemadmodum enim & in vita communi arctissimum matrimonii vinculum, licet usque ad finem vitæ contrahatur, nihilominus adulterio commisso dissolvitur, ita & hæc spiritualis unio per spirituale adulterium rumpi potest. Unde potest contra Calvinianos ex hoc loco argumentamur: Q. adulterium committere possunt, illi conjugium spirituale solvere possunt. Atqui renati. E. Major firma. Minorem probat totum caput secundum Hoseæ, unde textus noster desumptus est. Et porro: Q. vinculum spirituale rumpunt, illi fidem amittunt. Atqui renati sæpe &c. E. Majoris connexio sibi constat, quia in fide sponsalia mystica contrahuntur. Minorem probo: Q. morali peccato se polluunt, illi vinculum sociale rumpunt. Atqui sæpe renati &c. E. Minor liquet exemplo Davidis, Aaronis &c. Pontificii itidem voce æternitatis abutuntur, inferentes, Ecclesiam visibilem in fide errare & a Christo separari non posse, cum sit indissolubili nexu cum Christo conjuncta: sed & illi ex his, quæ dixi, refutari facile possunt. Præterquam enim quod de Ecclesia visibili nihil habet textus, æternus vocatur ille nexus, non quod semper ita fit a parte nostra, sed quod esse debeat: ut alia taceamus. Verum



rum nos hic contra Pontificios feliciter tuemur; foedus illud desponsationis mysticae cum fidelibus ictum a parte Dei omnino firmum & stabile esse, ad quod semper, si forte per peccata exciderimus, per poenitentiam regressus detur. Non enim per poenitentiam tanquam *secundum naufragi tabulam*, ut isti loquuntur, novum cum Christo foedus inicitur, sed idem foedus in Baptismo ictum & a nostra parte peccatis interruptum redintegratur. Dicitur enim in texta nos sibi desponsare in aeternum. Ita inter scyllam & charybdim media via navigamus.

§. 10. Ad desponsationis adiuncta nonnulli etiam referunt *cognitionem Dei*, quae ipsis non est actus formalis fidei iustificantis, sed illius consequens: intelligunt vero cognitionem practicam, sensum videlicet iucundissimum, qui ex unione Christi cum fidelibus fluit, ut quasi in effectu cognoscant, Deum sibi praesentem ac propitium esse. Ita putant continuari desponsationis metaphoram, ut effectus subiungatur. *Et cognosces virum tuum in hac unione*, id est, senties, quam prope tibi iunctus sit salvator tuus: quae explicatio tolerabilior tamen est, quam aliorum detorsio, quibus quidem haec cognitio etiam consequens est unionis mysticae, sed ita, agnitionem theoreticam intelligant h. e. notitiam fidei articulorum fundamentalium, quae demum, ut illi volunt, gratiosam Spiritus S. inhabitationem consequatur. Quasi quis prius fiat sponsa Christi, qua sponsum agnoscat, & fidem habeat ante fidem. Dicit enim a Propheta post sponsalia; tum demum cognosces Dominum. Unde etiam hanc proxin in conversione haereticorum inculcant, ut prius ad mores & pietatis studia formentur, quo donorum Spiritus S. participes fiant, deinde caetera, quae fidem spectant, sponte secutura. Quae perniciofa est doctrina, omnem

omnem dissensum fundamentalem inter nos & adversarios excludens & universalem quandam fidem nobis fingens, quae mera est ignorantia. Aut nimium fallor, aut hoc pacto sub pietatis umbra ad syncretismum grassamur, quem alii per unionem dogmatum moliti sunt. Nos vero ante noticiam articulorum primario fundamentalium desponsationem Christi nullam agnoscimus, & e nostro textu contrarium urgemus, ubi medium desponsationis mysticae non bona opera esse dicuntur, sed fides eaque non caeca, talis fides, per quam Jehovah certe cognoscamus. Non tamen negamus hanc ipsam cognitionem esse augmenti maioris capacem, ut fideles magis magisque de fide, in fidem, ad veritatem & penitentiorem dogmatum intelligentiam ducantur, ut qui late haecenus nutriti erant, solidiori cibo frui possint. De quo fidei augmento si quis accipiat cognitionem practicam non repugnamus.

## SECTIO II. DOGMATICA.

§. 1. Vidimus huius dicti sensum & genuinam verborum expositionem, placet ulterius eiusdem ductu Desponsationis mysticae actum iuxta causas & momenta singula paulo altius pensitare, sed tamen ita, ut velut in tabella omnia quam brevissime complectamur.

§. 2. *Causa efficiens principalis desponsationis mysticae* Deus est, Pater Filius & Spiritus S. Est enim haec desponsatio, ut supra indicatum, opus ad extra, adeoque indivisum & commune omnibus tribus divinitatis personis, quarum trium ut una est, essentia, ita & *diversa* ac operandi virtus una. Quale fundamentum e ter repetita de-

desponsandi voce nonnulli petant, superius i. sect. dictum est: cui non tam inimus, quam aliis scripturae dictis, uti *unio mystica*, cum qua secundum rem coincidit desponsatio fidelium toti Trinitati tribuitur. Quo ipso tamen ordinem personarum & appropriandi modum, aliosque respectus personae desponsandis non excludimus. Etenim *ratione termini & unionis* ad Christum refertur mystica desponsatio, quippe qui ad hunc actum non *efficienter* tantum, sed & *terminative* & modo quodam intimiori concurrat. Hinc Pater & Sp. S. in S. literis noster sponsus non vocatur neque nos Patris aut Sp. S. sponsa dicimur, sed solius Christi. (a) Dubium etiam non est quin secunda divinitatis persona in nostro textu ipsam simul *oppositam* & consubstantialitatem innuat, quae inter ipsum hominesque tunc temporis adhuc futura erat, jam vero ita intercessit, ut ossa de ossibus eius dicamur, *Eph. V. 29. Ratione principii vero & unionis* Patri competit haec eadem actio, licet aliis verbis enuntiata, *Job. XIV. Eph. I. 11. 22. 23.* Spiritui S. vero ut totum sanctificationis opus; ita haec ejus species peculiari modo & appropriativae asserenda est. Unde & *spiritualis dicitur desponsatio*, non tantum, quod spirituali modo, non carnali efficiatur, sed etiam, quod a Spiritu S. proficiatur. Quemadmodum vero tota SS. Trinitas circa desponsandi actum occupatur, ita quoque sola media largitur ad desponsationem ducentis, perque ea in nobis efficax est, ut nos sibi sponsam puram ac illibatam efformet. Neque tantum efficit haec sponsalia, sed & virtute verbi ac Sacramentorum servat. Quicquid ergo in hoc amabili vinculo possidemus, id omne ipsi in acceptis ferendum est.

(a) Vide *Cant. IV. 8. Matth. IX. 15. XXV. 1. Apoc. XXI. 2. & 9. Matth. XXII. 2. Apoc. XIX. 7.*

§ 3. *Causa meritoria desponsationis mystica* Christus est, cum satisfactione & iustitia sua, quam nobis in textu per verba: *והסדר והחסד והמשפט והצדק והמשפט והחסד והחסד* offert. Ut enim omnia bona spiritualia, ita hanc quoque desponsationem nobis acquisiuit (a) velut mediator noster juxta, utramque naturam (b) & satisfaciens obedientia tam activa quam passiva (c) omnibus etiam hanc desponsationem promeritus (d) licet illius actu ipso non omnino propter fidei defectum participes fiant. Extra Christum vero & in nobis nihil est, quod meriti alicuius rationem sustinere possit, non opera bona, quantacunque fuerint a renatis profecta (e) multo minus naturalis liberi arbitrii vires aut gentilium cultus legi naturae conformes (f) imo nec fides ipsa, non tantum qua opus nostrum sed etiam abstractivè & merito Christi, contra distinctè considerata; licet concretivè cum merito Christi, quod apprehendit, sumpta ad iustitiam amputari dicatur, *Rom. V.* Notamus & hoc; Meritum congrui & dispositionis ad gratiam desponsandi aequè hic exulare iubentur ac meritum condigni. (g) Et ut initium gratiae iustificantis non meremur, ita nec hanc desponsationem aut foederis initi conservationem ac perseverantiam. (h)

(a) *Vide Gal. IV, 5. 6. Job. XVI, 7. Eph. II, 20. 21. IV, 15. 16.* (b) *Contra Lombard I. 3. sent. dist. 19. Dion. Petab. T. 4. L. 12. c. 3. p. 160. Fr. Sarez. p. 3. 16. 9. 20. art. 2. disp. 56. f. 3.* (c) *contra Piscator. in Job. I, 8. 29. obs. 16. Wendelin Exerc. 35. 61. 123.* (d) *contra Calvin. communiter.* (e) *contra Pontif. communiter.* (f) *contra Antrad. aliosque ap. Chemn. P. I. Exam. Conc. Trid. de iustif. (g) contra Durand. in 2. sent. dist. 27. q. 2. in Tanner. T. 2. Theol. Schol. disp. 6. q. 6. dub. 1. conf. Bellarm. L. 5. de iustif. c. 6. (h) contra Aug. Gibb. de Burgo in Concil. Trid. sess. 6. can. 24. cui affinis videtur assertio Helmsbadiensium quorundam: Per bona opera conservari fidem, quam tamen emollit D. Musæus in Script. Germ. contra Rheinb. p. 576.*

§. 4. Sed quia meritum Christi prodest, nisi applicatum seu apprehensum, fides ille manus est, qua sponsum nostrum cum omnibus beneficiis excipimus; quae proinde desponsationis mysticae causa instrumentalis a parte nostri dici potest. Expresse autem in nostro textu fidei mentio fit, ut superius in Sect. Exegetica probatum est. Et alius ubi Christus sponsae suae meminit illum ut fidelem sibi quae adhaerentiam describit. Nec eget hoc assertio aliis probandi subsidiis. Desponsatio haec beneficium Evangelicum est. E. fide nobis appropriatur, *1. Cor. I, 21. 2. Petr. I, 2.* foedus est. E. unica fide ninitur. *Rom. V, per tot.* vitam spiritualem infert, ut haec est in fide. *Col. II, 20.* Fides igitur est, per quam haec sponsalia coalescunt, non vero implicita Pontificiorum fides (a) nec Calvin. illa peccatis mortalibus compossibilis, (b) sed vera & salvifica: quae tamen in desponsationem influit, non ut actio nostra, (c) nec ut obedientia legalis, (d) sed ut apprehensio meriti Christi, neque tamen, quia est apprehensio, sed ratione rei apprehensae. Ut autem fide sola inchoantur haec sponsalia, ita fide sola servantur. Quemadmodum enim justitia nostra, qua justificamur, per bona opera nec servatur, nec augetur; ita mystica desponsatio.

(a) Contra Bellarm. L. 1. de justif. c. 5. & 7. Tanner. Tom. 2. disp. 6. dub. 3. n. 56. Concil. Trid. s. 9. can. 12. (b) contra Masson. Part. 3. c. 8. & 13. Polan, L. 9. synt. c. 6. Ribet. T. 2. Op. p. 628. Wendelin. Exerc. 120. (c) contra Arminian. Episc. p. 3. disp. 7. §. 8. conf. Apol. 112. resp. ad Exc. Leid. Specim. 13. (d) contra Socinianos Smal, contra Frantz. p. 103. seqq. &c.

§. 5. Cum autem fides nostrum opus non sit, sed donum divinitus datum, neque tamen etiam immediate infundatur, (a) de mediis, quibus fides accenditur, id

saltem notamus, esse Verbum & Sacramenta, quæ propter-  
ea nobis causa instrumentalis desponsationis mysticæ  
à parte Dei audiunt. Verbo hanc competere virtutem  
probamus ex effectis aliis. Per quodcunque enim me-  
dium regeneramur, fides in nobis accenditur, Spiritus  
S. confertur, illud etiam medium est desponsationis my-  
sticæ. Atqui per verbum &c. E. Majoris connexio in-  
de patet, quia hæc apotelesmata, regeneratio, justifica-  
tio, unio mystica se invicem excipiunt, imo omnia si-  
mul ac in instanti fiunt neque nisi nostro concipiendi  
modo, quod ad temporis rationem distinguuntur. Mi-  
nor e Scripturæ dictis perspicua est. (b) Ubi tamen ver-  
bo notamus Spiritus S. per verbum, per quod non api-  
ces aut literas, sed sensum intelligimus una eademque  
actione non diversa operatur (c) Verbum enim exter-  
num ab interno realiter non differt, (d) neque tantum  
est objectum, sed & principium effectivum fidei, (e)  
nec elevatur demum in actione ipsa, sed jam gaudet  
(cum ἀσπυον & otiosum non sit) virtute in sita essentia-  
li & naturali, (f) quæ tamen naturalis non est ex ne-  
cessitate physica aut essentialis independenter sed ex or-  
dinatione divina, quamvis ut re ipsa virtutem exerat,  
legi audiri que oporteat, non tamen, quia legitur vel  
auditur hos effectus producit.

(a) Contra Fanaticos (b) 1. Cor. IV, 15. Gal. IV, 19. Jac. I, 18. 1.  
Petr. I, 23. Rom. X, 17. Act. X, 44. (c) Contra Calvin. L. 2. inf. c. 5.  
§. 5. Synod. Ultraject. p. 293. (d) Contra Andr. Osiandr. in getr. Rürnberg.  
Ratsh. &c. Bez. P. 2. resp. ad Act. Mombelg. p. 115. f. (e) Masson.  
P. 2. anat. c. 19. Wendel. L. 1. Christ. Theol. prob. c. 2. p. 13. Voet. Sol. 1.  
disp. sel. p. 2. (f) contra Rathman. im Bedencken über D. Dieter.  
disp. de questionibus quibusdam S. Scriptura p. 72. 73. Movium disc. Theol.  
H. 2. f. 2.

§. 6. Sacramenta esse causam instrumentalem despon-  
sationis mysticæ, non minus constat. Et (a) de Baptis-  
mo

mo id probamus breviter : Quoque medio in communionem capitis cum reliquis membris venimus Christumque induimus & Spiritum S. accipimus, illud et medium est nos desponsandi cum Christo. Atqui Baptismo. &c. E. Majoris connexio infirma, quia  $\tau\delta$  induere Christum & cætera inferunt unionem mysticam, quæ a parte rei nil nisi ea, de qua agimus desponsatio est. Minor e dictis constat. (a) *De Cana* vero: Quocunque medio unum corpus cum Christo reddimur, per illud desponsamur Christo. Atqui per cœnam, &c. *1. Cor. X, 17.* ubi unum corpus cum Christo fieri infert arctissimum & indistantem unionis modum, quam proprie enim & indistanter corpus & sanguinem Christi percipimus, tam propria etiam & indistans hæc est unio. (b) Notasse hic juvat: [1.] Baptismum esse medium, quo cœdus primum inicitur & sponsalia inchoantur, sed cum discrimine. In adultis Baptismus non inchoat fidem, sed obfignat, si quidem in adultis jam per verbum fides generatur, *Eph. III, 17.* Unde solo verbi auditu ante Baptismum Spiritu S. repletus erat Cornelius, *Act. X, 44.* in infantibus vero per Baptismum & inchoantur & obfignantur hæc Sponsalia. [2.] Cœna Dominica medium est conservandi mystica sponsalia, si quidem fidem in nobis alit, fovet atque adauget. [3.] Sed hæc ordinaria media sunt. Extraordinarie vero Deus absque his mediis fidem conferre potest, quod fieri speramus in Christianorum infantibus ante Baptismi perceptionem denatis. (c) Deum enim ad hæc media, quibus nos alligavit, ipsum adstrictum non esse, docet exemplum Johannis Baptistæ, *Luc. I, 41.* [4.] Hic mediata est desponsatio Christi cum fidelibus per verbum & sacramenta; in altera autem vita immediata erit, ubi sponsum de facie ad faciem visuri sumus.

(a) *Gal. III, 27. 28. Tit. III, 5. 6.* (b) *contra Calbin. V. Conf. Helvet. A. 1566. art. 17. Chamier Fanstrat. T. 4. l. 9. de Euchar. c. 8.* (c) *contra Lombard. l. 4. sent. dist. 1. lit. L. Thom. 3. q. 65. art. 4. Gretser. in Coll. Ratisbon. sess. 1. p. 14. Bellarm. de Bapt. Sacram. c. 4.*

§. 7. Media a Deo oblata dum applicant, ministri causæ ministeriales sunt, & velut proxenetæ ad conciliandum cœlestis sponsi amorem. Talem se Apostolus describit 2. *Cor. XI, 2.* ἡμῶσδ' ἀμυν γὰρ ὑμᾶς ἐν ἀνδρὶ (παρδόνον ἀγῶν) ὡς ἑσῆσαι τὸ χεῖρῶν. Tales etiam se gerunt omnes fideles verbi divini præcones, annunciando verbum sponsique notitiam gentibus instillando, hortando monendo, & ut breviter dicam, applicando media, quibus vinculum istud mysticum coalescit. Quin imo quasi custodes pudicitiae sunt, ne spiritualis castitas alieno amore polluat, aut si forte divortium fecerit peccatis infecta anima, ut ad priorem virum reducat. Quem effectum etiam impii ministri producere possunt, cum verbi efficacia & virtus nec ab intentione ministri (a) nec dignitate ejus pendeat. (b)

(a) *Contra Pontif. in specie Bellarm. l. 1. de Sacram. c. 27.* (b) *contra Donatistas, Schövenfeld. Anabaptist. Vide Menz T. 4. disp. Marp. 14.*

§. 8. Sponsus idem, qui causa efficiens, Christus est, ille inter homines formosissimus *Pf. XLV, 3. seqq.* qui uti ἠγάπησε τὴν ἐκκλησίαν, ἃ ἐαυτὸν παρδόνον ὡς ἐξ αὐτῆς. ἵνα αὐτὴν ἀγιάσῃ, καθαρῶσας τὸ λυτῶ τὸ ὕδατ' ἐν ῥῆματι. ἵνα ὡς ἑσῆσαι αὐτὴν ἐαυτῶ ἐνδοξον, &c. *Eph. V, 26. 27.* ita sponsæ suæ ineffabili & mystico modo, proprie tamen etiam juxta H. N. unitur. Ut enim & sponsus noster qua homo est, ita etiam in desponsatione mystica non tantum juxta divinam, sed & humanam naturam proprie & indistincte cum homine fidei unitur, eique gratiose in his terris (non tantum immediatione virtutis, sed & sup-



positi) præsens est. (a) Est enim hæc desponsatio apo-  
 telestia *ἁπλοῦς*, officii Christi regalis gratiosi, in quo  
 obtinet Canon ille Chalcedonensis: *Utraque natura agit,*  
*quod suum est, cum communicatione alterius, & qua inde fluit,*  
*præsentia alterius.* E. nostro textu potest vox emphatica  
 copulandi, quæ (1) non externam tantum *ἕνωσιν*, sed  
 arctissimam & realem unionem infert, a qua (2) huma-  
 na natura ut terminus desponsationis excludenda non  
 est, sed potissimum respicienda. Provocamus ad ea,  
 quæ superius dicta sunt. Hic autem repetimus argu-  
 mentum: Juxta quam naturam sponsus noster est, jux-  
 ta eam quoque indistincte unitur. Atqui juxta huma-  
 nam naturam. E. accedunt & alia. Juxta quam natu-  
 ram toti Ecclesiæ præsens est, juxta eam & cuius mem-  
 bro. Atqui iuxta humanam naturam &c. E. Minor  
 ex *Matth. XVIII, 19. 20. &c. XVIII, 20.* probatur. Juxta  
 quam naturam mundo conspectum subtraxit juxta eam  
 se præsentem futurum promisit. Atqui juxta humanam  
 naturam conspectum mundo subtraxit. E. porro: Juxta  
 quam naturam Christus per fidem habitat in cordibus  
 nostris, eam quoque nobis gratiose & substantialiter  
 præsens est. Atqui juxta humanam naturam, per  
*Ephes. III, 17.* Loquitur enim (1.) Apostolus de toto  
*ἁπλοῦς* eademque ad Patris dextram sedente, exal-  
 tato & mediatore nostro: Et. (2.) juxta quam naturam  
 Christum fide apprehendimus, juxta eam nos inhabi-  
 tat, i. e. gratiose præsens est, sed & juxta humanam na-  
 turam Christum fide apprehendimus. E. Minor patet  
 ex *Job. VI,* ubi ejus carnem spiritualem edere, h. e. fa-  
 tentibus ipsis Calvinianis, fide justificante apprehende-  
 re dicimur.

(a) Contra Calvin. communiter, in specie *VWendel. l. 1. Christ. Th.*  
*c. 16. p. 225. & Exercitat. Theol. p. 54. 55. Masson p. 2. Anat. n. 19. f.*  
*p. 272. Kekerm. l. 2. Syst. Theol. p. 319. 320.*

§. 9. *Sponsa est Ecclesia, & quælibet & fidelis anima* *Can. 1, 15. IV, 1. seqq.* depicta. Neque tamen corpus fidelium coniunctionis mysticæ subiectum esse negatur, siquidem Christus totum hominem anima & corpore constantem diligit, *Job. XIV*, unde & corpus Spiritus S. templum esse dicitur, *1. Cor. VI, 19*, & (considera emphasin) membra corporis Christi vocatur, *Eph. V, 30*. Subiectum ergo desponsationis mysticæ non Ecclesia tantum visibilis est, (a) sed quilibet fidelis homo, (b) neque tamen qua homo, nec qua redemptus, nec mortaliter peccans (c) sed vera fide iustificatus adeoque non electi tantum, sed omnes renati, quousque in fidei statu perseverant, etiam *πρόσωποι* (d) neque adulti tantum, sed etiam infantes, quia credunt, desponsationis mysticæ participes esse possunt (e)

(a) *Contra Becan. Manual. l. 1. c. 3. n. 26*, (b) nota tamen discrimen inter fideles V. & N. T. illis quidem tota SS Trinitas per fidem unita erat, adeoque etiam *λόγος*, at Humana Natura (licet jam tum ut assumenda fidei objectum esset) substantialiter tamen praesens non erat. Sed fidelibus in N. T. hac gloria relicta, ut totum *Ἰσάνθρον* in assumpta carne sibi similem proprie ac indistanter, sed singulari modo sibi iunctum, habeant. Quod discrimen nonnulli nostratum ita enunciant: *ὁ λόγος ἄσαρκος* immediate cum piis unitur, *ἐνσαρκος* mediate, videlicet in carne, cum carne & per carnem. Ubi tamen illud addo: Voces immediate & mediate non esse ad *ἀρρέσκεια* oppositionis consueta trahendas, sed juxta mentem Theologorum intelligendas, ut aequipolleanz τῶν solitarie & conjunctim. Alias enim & *λόγος* etiam num nobis immediate unitur, tam immediatione suppositi, quam virtutis; imo utriusque naturæ in Christo est eadem praesentia, non duplex, immediata altera, altera mediata, ipsius adessentiae respectu. (c) *contra Calvin. Vendelin. Exerc. 120. Masson. P. 3. anat. c. 8. & 13. Polan. l. 9. synt. c. 6. p. 1902. (d) contra Aët. synod. Dorât. p. 767. Polan. l. 6. synt. c. 36. (e) contra Pontif. in specie Becan. Manual. l. 2. c. 2. contra Calvin. Chamier. T. 3. Panstrat. l. 13. c. 10. n. 18. Vendelin. Exc. 86.*

§. 10. *Formam desponsationis mystica* noster textus una voce קִיּוּן ter repetita exprimit. Quæ infert *veram, realem & artissimam unionem divinæ & humanæ renatio* Dico. [1.] *unionem*: Est enim desponsatio, ut ita loquar, species unionis mysticæ, quatenus illa ad Christum דְּאֵב־שְׂרָפָה refertur. Qui inter nostrates eam unionis mysticæ consequens faciunt, vel inter unionem in actu & statu distinguunt, vel denominandi forte modum forte spectant. Unionis vocabulum non reformido cum nostratibus Theologis, neque etiam satis video, cur vera conjunctio unio dici nequeat. [2.] *Veram realem & artissimam unionem dico*. Non enim hic tantum קִיּוּן quædam relatio inter Christum & fidelem est, sed acta utriusque copulatio, citra tamen extremorum commixtionem; ut [3.] *eam divinam quam humanam Christi natura vere, proprie & indistanter, modo quidem in effabilio priori tamen substantiæ approximatione cum renatis uniat*. [4.] Unde porro infero: Forma desponsationis mysticæ non exhauritur sola affectuum harmonia & gratiosa sponsi in nobis operatione. Equidem hæc copulatio in nobis דְּאֵב־שְׂרָפָה non est sed maxime operativa. Ubi enim Christus in renatis est gratiose præfens, ibi & gratiose efficax est. Ad eadem hæc operatio gratiosa, ut præsentiam Christi generalem juxta naturam utramque præsupponit, ita præter eam majorem utriusque naturæ propinquitatem importat. Ut enim generalis Dei concursus præsentiam universalem comitem habet; ita & specialis illa operatio specialiores præsentiam ponit. Id in nostro textu haud obscure insinuat desponsandi similitudo, quæ non mutuum favorem tantum, sed & majorem corporum propinquitatem & securam cohobitationem infert, quam comparisonem non refugit Scriptura, *Eph. V* sicut ergo conjuges artius uniri oportet, quam extra conjugium,

D

jugium,

jugium, ut una caro fiant: ita etiam Christum cum fidelibus juxta substantiam suam propius conjugii credimus, ut unum corpus mysticum constituisse dicantur. Urget hoc tertium comparationis B. Hülf. Brev. c. XIV. Juvat etiam hanc nostram sententiam emphasis verborum ἰσαριθμῶν, quæ cur mutabimus in mere ἐνεργητικῶν? ut pro illo: *Ego se mihi desponsabo* i. e. *arctius me ipsum tibi jungam*, substituiamus: Non me ipsum, sed tona mea tecum copulabo. Quia potius insistimus verborum proprietati, quam magis fulciunt & alia dicta, e. g. *Job. XIV. Veniam ad illos* &c. ubi verba iterum ἰσαριθμῶν inferunt non tantum operationem. Quid igitur me cogit deserrere literam, & quæ substantiali dicuntur, in mere operativa convertere? Non desunt tamen inter nosrates, qui majorem substantiæ divinæ ad renatos approximationem absurdam statuunt, sed rationibus philosophicis moti, & præcipue illa, quantum mihi cognoscere licuit. Præsentiam substantialem divinam nulli mutatione obnoxiam esse. Atqui præsentiam gratiosam esse mutabilem. E. non esse substantialem. At quod argumentum jam respondit B. Fevberornius; (b) Majorem indistincte sumptam negando. Non nemo tamen ex immensitate Dei obstaculum arcessit ita colligendo: Ante præsentiam gratiosam inter Deum hominemque aut distantia fuit aut secus. Si prius, læditur immensitas Dei, per quam omnibus rebus indistanter adest: si posterius, uniri propius non potest; qui jam indistanter adest. Unde concludit, Deum ratione substantiæ uni rei magis approximari non posse qua alteri. Sed hoc argumentum solvitur per instantiam unionis personalis. Nonne enim λόγος ∞ infinitus salva infinitate sua carnem assumptam arctius sibi univit, quam sanctos aut alias creaturas: E. ratione immensitatis nihil obstat, quo minus Deus juxta substantiam propius creature uni quam alteri jungatur. Quam instantiam *Sum-*

me

me Rev. Dn. D. Hannekenius, *Præceptor meus perpetuo observandus* potissimum inculcare solebat, at quod etiam nihil respondet Theologus quidam celeb. licet alias eodem fundamento nostram sententiam impugnet. Quod si dicas te capere non posse, quomodo qui immensus est, propiore fiat & qui indistanter adfuit, arotiori modo præfens fiat fatebor & ego ignorantiam meam, quæ tamen non magis etiam præsentiam Dei generalem capit. Interim dabimus illud verborum proprietati, dabimus etiam fidelium solatio & prærogativæ, ut fieri posse existimemus, cuius modum ignoramus.

(a) *Contra Calvinianos, qui nimis levis de unione fidelium cum Christo sentiunt, ut contra Weigeliani ac Fanatici banc unionem nimium extendunt. Ita autem Alting. Expt. Catech. p. 327. Unio nostra cum Christo est tanquam membrorum cum capite, & palmitum cum vite, caput non est intra membra nec vitis intra palmites, sed situ differunt, nexu autem conveniente in unum corpus copulantur.* (b) *T. 5. disp. Marp. XXIV. p. 373. conf. Feurb. sect. 2. εννωστικ. c. 6. n. 5. p. 143. & seqq. Huelsem. in Calixtiniſchen Geſwiſſens Būrm c. 8. Magnif. Dn. D. Calob. Syst. T. X. art. 5. qu. 5. contra Calixt. in append. de duabus quaest. aliosque.*

§. II. Ut vero desponsatio mystica majorem substantiæ Christi propinquitatem ad substantiam fidelium involvit; ita tamen mutationem essentialem non personarum infert, ut Christus & fideles vel unam essentialem constituent, vel in unam personam coalescant, quemadmodum Fanatici volunt, interque eos Weigelius (a) Hanc enim Weigelii mentem fuisse nescio quo pacto nonnulli in dubium vocent, cum publica scripta hominis absurdi doctrinam satis superque prodant. Quod portentum licet refutationem non mereatur, suppeditat tamen & hic noster textus unum alterumque argumentum. [ 1. ] Quod in desponsatione mystica nihilominus ut sponsus & sponsa differunt, illi essentialiter

liter aut personaliter non sunt uniti. Atqui Christus & fideles in desponsatione mystica nihilominus ut sponsus & sponsa differunt. E. [2.] Q. nobis amissibile essentialiale non est. Atqui unio Christi cum fidelibus amissibilis est, E. essentialis non est.

(a) *Dial. de Christian. Cap. 1. V. & part. 1. post. p. 214. quae tamen an ejus mens sit, dubitat Calixtus. Ad Weigelium proxime accessit nobis Fanatici Hoburgus, Amersbach aliique eorum socii ab integris ministeriis resutati. Lutheri verba in Cap. 6. Iohannis in hac materia, licet prima fronte duriora videantur, ex antecedentibus tamen & consequentibus satis commode exponuntur.*

§. 12. E dictis pater, quid sentiendum sit de ista phrasi, si quis propter unionem Christi cum fidelibus dicere velit: *Ego sum Christus*, Weigelianis ea locutio aridet, quæ jam olim in Augustino de Romæ Archiepiscopo Nazeno damnata est, (a) Eadem Luthero impingebatur a Conrado Veltera in Colloquio Ratisbonensi sed non sine crimine falsi. (b) Nam quas addidit vir divinus, cautelæ sensum plane alium gignunt, quam volebant Pontificii, eumque a suspitione heterodoxias plane immunem præstant. Et nuper ejusmodi phrasi a Theologo quodam celeberrimo defendi cœpta, ab alio vero impugnata, ubi tamen gratulamur orthodoxiæ, quod utrinque obtrudatur nemini, ab altera vero parte tantum emolliatur. In quo ut reprehendi non potest, qui Luth. phrasin commode explicandam suscipit, ita facilius assensum inveniet, dum paradoxon esse affirmat. Et certe paradoxon est, quod ut sollicite foveatur, causam nullam video. Neque etiam satis intelligo, quid solatii inde emergat, ut nonnullis putatur. Certe non carent solatio hæc scriptura dicta: *Christus in me habitat, Christum se mecum desponsavit, etiam si cum Johanne cæteroquin profireamur; Non sum Christus.*  
Qui

Qui hic fundamentum unionis mysticæ urgent, non satis commode procedunt. Alias enim & dici posset: Ego sum Pater. Ego sum Spiritus S. Cum Pater & Spiritus S. non minus cum anima fideli quam Christus uniantur. Equidem de Christo speciale est, quod enunciat Paulus *Eph. V, 30. Esse nos membra corporis ejus ex carne ejus & ossibus ejus*, quæ tamen verba alteram propositionem nondum inferunt, nec æque dura sunt, (ut illis videtur) ac fidicæ: *Ego sum Christus*. Nam & cum proprie dicam de Eva, esse eam de carne Adami, nunquam tamen dico: *Eva est Adam*. Sed maam de tabula.

(a) Vid. Carantz. in summ. Concil. (b) Vid. Relat. de Colloqu. Ratisb. Heilbrunn. Edit. p. 93.

§. 13. *Finitis desponsationis mysticæ* est certa fidelium persuasio de gratiosa Dei assistentia & propensissima voluntate, tum obsignatio beneficiorum a Christo pariorum, itemque firma futuræ gloriæ cum sponso participandæ fiducia, Rom. VIII, 10. 11. seq. Joh. V, 24. 27. 28.

§. 14. *Effectus desponsationis mysticæ* est largissimæ dotis communio. Ut enim alias unionem veram sequitur communicatio; ita & cœlestis sponsi cum sponsa conjunctionem mutua quaedam *κοινωνία* excipit, ut & fideles sibi ea, quæ Christo propria sunt, adscribant, & vicissim Salvator ea, quæ fidelium sunt, sibi tribuat. In nostro textu justitiam, uti vidimus, in dotem offert, quo uno vocabulo omnia beneficia nobis imputata exprimuntur. Ubi enim justitia & remissio peccatorum est, ibi est & vita & salus æterna. Alibi autem Scriptura fufus & per partes enumerat, bona dotalia, quorum in desponsatione cum Christo participes reddimur, unde Gloriosæ prædicationis

emergunt, ut dicamur cum Christo crucifixi, (a) mortui & sepulti, (b) resuscitati, (c) vivi, (d) filiationis participes, (e) imo ex aſſe hæredes ſcripti (f) ex qua hæreditate communio regni, ſacerdotii, gloriæ & cœleſtis gaudii poſſeſſio redundat. (g)

(a) Gal. II, 19. Rom. VI, 7. Phil. III, 10. (b) Rom. VI, 2. 5. Col. II, 10. (c) Col. III, 1. Eph. II, 5. (d) Rom. VI, 8. Gal. II, 20. (e) Job. I, 12. Rom. VIII, 14. 15. 2. Cor. VI, 18. Gal. IV, 6. 7. 1. Job. III, 1. (f) Rom. VIII, 17. Gal. IV, 7. (g) 2. Tim. II, 12. 1. Petr. II, 9. Rom. VIII, 17. 1. Petr. IV, 13.

§. 15. Ex iis, quæ dicta ſunt, facile eſt eruere hanc *deſponſationem*: Deſponſatio myſtica eſt actus gratioſæ præſentiæ divinæ, quo ſe ſalvator cum credentibus per fidem nexu arctiſſimo, ſed tamen inpermixtibili copulat, ad perpetuum ſuaviſſimumque amorem, bonorum omnium communionem, & futuræ gloriæ in nuptiis agni hæreditatem.

§. 16. *Adjuncta deſponſationis* varia ex analogia & materia unionis efferre poſſent; nos vero inſtituti ratio terminis arctioribus conſtringit. Tria tamen, quorum in textu mentio fit, repetimus. [1.] Hanc deſponſationem eſſe ſenſu ſpiritali junctiſſimam, conf. *Hebr. VI*, [2.] Per peccata protretica rumpi a renatis, ſed tamen, [3.] ſi reſpiciat homo, redintegrari poſſe (b)

(a) *Contra Calvinianos communiter, in ſpecie contra Polan. I, L. 9. ſyn. c. 6. Maſſon. P. 3. anat. c. 8. & 13. VVendelin. Exerc. 120.* (b) *contra Novatianos &c.*

### SECTIO III. PRACTICA.

Tu vero ſiſte mentem, **BENIGNE LECTOR**, & mediare Salvatoris tui connubia. Magnum eſt dicente Paulo hujus deſponſationis myſterium, ubi Deus ipſe ſponſus eſt, Procul eſte impurioreſ flammæ, voluptati-  
bus



bus innutritæ mentes hic nos flamma coelestior & innocuus amor urit. Has scedas sine foedio cogitemus, sed pie, sed scripturæ convenienter. Exulet, quicquid præter eam vel fingit ratio, vel fugerit fanatica persuasio. Dignitatem spiritualem contemplari fas est, sed sine virium arrogantia; gloriari licet de cœlesti vinculo, sed sine operum fiducia. Quid enim tanto connubio dignum, & quam sponso dotem afferre possumus miseri mortales? Nihil est in nobis, quod placeat præter quod ipse dedit. Quod nostram est, deformitas, imperfectio, imo peccatum est. Nobis pulchritudinis opinio, qui æque ac Episcopus Læadicensis nudi, miseri ac abjecti sumus in oculis Dei. At ille suavissimus animæ nostra procius se ipsum tradidit, ut sponsam sibi nitidam absque rugis & maculis efformaret.

Cape hanc dignitatem tuam fidelis anima, cœlestis illa copula est, qua constricta teneris. Platonis quidem illa sententia est: *Θσς δὲ ἀνθρώπων ἔ μίγνυται.* At enim novimus præsentem nobis Deum, & salvatorem nostrum suavissime nexu nobiscum junctum sentimus. Non invidibimus Esthæræ superba Ahalveri connubia ille amor est, ubi sponfus Rex Regum & Dominus dominantium audit. Hæc est Christianorum felicitas, & maior quidem illa, quam ut cogitando nedum dicendo assequi possumus. Deus ille sponfus est, *quid non speremus amantes?* Benignus est, & que vorâ implere nollet? amantissimus hominum est, & qui sponsæ suæ poterit oblivisci? fidem nobis æterni vinculi dedit, eam ergo non faller, aut sponsæ repudium mittat. Quin potius certo cum Paulo persuasi esse possumus, fore, ut nobis hæc quoque depositum nostrum usque ad novissimum diem custodiat.

Sed idem illud errorem tibi incutiat, secure peccator, quod solatium afferre posset. Deus est, cui iungeris. Cave ergo

ergo, non patitur amor iste rivalem. Zelotypus est Deus noster, ruptique foederis acerbissimus vindex. Luere nefas Aaronis filii, cum ignem alienum sacrario inferrent, quid tibi reliquum esse censes, si alieno igne sanctissimum nexum conspurcaris? Væ nobis, si divortium fecerit Redemptor, id est, a gratia, salute & vita bonisque omnibus exclusum esse. Cavebimus ergo divina gratia adiuti; nesciet thorus noster alieni amoris consortia. Bonum nobis adhærere Domino, nec prius quisquam aut antiquius, quam ut ipsi amorem omnem, & quicquid in nobis virium est, soli emancipemus. Nunquam mundus veniet in hujus vinculi societatem, nunquam amorem sibi nostrum expugnabit. Jactet pompam πολλὴν Φαντασίαν, nobis illud Pauli ob oculos versabitur: μή συζητεῖτε μετὰ τῷ αἰῶνι τῆ γῆς. Objiciat voluptates suas carnisque illecebras, & quicquid est in sinu terræ deliciarum, nos quidem cum Deo non rapiet in sui amorem, sollicitè in amplexus suos, nobis cum Josepho constitutum erit: Quomodo hoc facerem, & in Deum peccarem? Ita nemo nos separabit a dilectione sponsi nostri Rom. VIII, usque dum nuptias agni celebremus, Apoc. III, ubi sponsalia hic inchoata interminabili connubio sancientur. Tu JESU jura propositum, & quæ inchoasti in nobis sponsalia, Irrupta serva: Sic nos vere

*Felices ter & amplius  
Quos divina tenet copula, nec malis  
Divulsus querimoniis  
Suprema citius solvet amor die.*



94 A 7376

ULB Halle  
003 263 55X

3




Reho

VO 17

Mi. 50.





20 22

# DES PONSATIO FIDELIVM CVM CHRISTO,

QVAM

*Ex Hof. H, 19. 20.*

**Ich will mich mit dir verloben in  
Ewigkeit, ich will mich mit dir ver-  
trauen in Berechtigkeit zc.**

EXERCITATIONE ACADEMICA

expositam

Sub Præsidio

**DN. SEBASTIANI SCHMIDII,**

SS. Theol. D. & Prof. Prim. celeberrimi, Convent. Eccl.

Præsidis gravissimi, Rectoris h. t. Magnifici,

*SOLENNI ERVDITORVM CENSVRÆ*

ad d. Oct. A. cl. Io C LXXIX,

submittit

**M. HECT. GOTTFRIED MASIVS,**

Meclenburgensis.

*VITEMBERGAE,*

Apud IO, CHRISTOPH. TZSCHIEDRICHIVM,

Recusa 1737.

[4.]